

A N D R E Æ
V A L L E N S I S,

V U L G O

DEL VAULX, ANDANENSIS,
J. U. D. ET IN ALMA ACADEMIA LOVANIENSI
SS. Canonum Professoris Ordinarii,

P A R A T I T L A
J U R I S C A N O N I C I,
S I V E

D E C R E T A L I U M
D. GREGORII PAPÆ IX.

SUMMARIA AC METHODICA EXPLICATIO.

Opus novum, Scholæ ac Foro, & Decretis Concilii Tridentini accommodatum.

EDITIO NOVA, cui accessit D. ANN. SCHNORREMBERG
Comment. in Eiusdem Juris Regulas.

J. D. n. Josef Almeida



BIBLIOT. de DAL TUPOSITO
Zotament de D J SERRANO

COLONIÆ ALLOBROGUM,
Sumptibus FRATRUM DE TOURNES.

M. DCC. LXXIV.



AD LECTOREM.

CUM omnium, non modò Philosophorum, sed & Jurisconsultorum sententiâ receptum sit, ut in tradendis disciplinis à primis principiis, & ab aliis, quæ universaliora sunt, initium sumatur, hincque paulatim ad altiora procedatur, donec ad ultima scientiæ artifve perveniatur fastigia; nec aliter scientiæ vel artis alicujus studiosi, quàm hisce gradibus, ad veram solidamque eruditionem pertingere valeant, jure optimo à Serenissimis Belgii Principibus constitutum fuit, ut in hac nostra Lovaniensi Academia non minùs ad sacrorum Canonum scientiam adspirantibus, quàm ad Legum cognitionem animum applicantibus, Institutiones prælegerentur: quæ non modò prima juris Pontificii principia contineant, sed totum velut corpus atque universalem illius cognitionem exhibeant, & quarum ducta juris Candidati, ne à recto studiorum cursu in avia perducantur, veluti Thesei quodam filo ad altiora ejusdem scientiæ penetralia feliciter contendant.

Cùm verò ea provincia mihi demandata esset, omneque jus, quo utimur, versetur aut circa personas, aut circa res, aut circa actiones, & judicia, cœpi primò quidem totum Jus Pontificium Institutionesque in tres partes, quatuor tamen libris ad instar Institutionum Imperialium comprehensas, dividere: in quarum prima, præmissis nonnullis de juris derivatione, ejusque divisionibus, subdivisionibus, membrorumque singulorum naturâ, proprietate, conditionibus, atque inter se tum comparatione tum distinctione de personis agebam Ecclesiasticis; in secunda, de rebus; in tertia, de actionibus & judiciis. Eumque ordinem pluribus annis secutus sum, donec quibusdam suadentibus, fatius fore, magisque è re juventutis, si ordinem amplecterer Decretalium, quo juvenus Juri Pontificio datura operam, Librorum ac Titulorum ordini & continuationi assuesceret, cœpi deinceps, obsecutus horum consilio, ea quæ pro maxima parte diverso ordine tradideram, ad ordinem Decretalium, non sine magno labore, revocare.

EX BIBLIOTH. BELGICA,

CL. V. VALERII ANDREAE DESSELII,

J. U. D. ET PROFESSORIS REGII.

ANDREAS VALLENSIS, vulgò DEL VAULX, Andanâ (quod in Comitatu Namurcensi ob Collegium 30. nobilium fœminarum & 10. Canonorum, à S. Begga fundatum, celeberrimi nominis est municipium) oriundus, parentibus in primis honestis & Catholicis, prima juventutis ac literaturæ spatia decurrit Leodii. Hinc Duacum, altioribus disciplinis imbuendus, ablegatus, Philosophiam in Marchianensi ibidem Collegio biennii spatio didicit, totoque inde septennio docuit, atque interim in Jurisprudencia eos progressus fecit, ut Collegio Baccalaureorum J. U. Fisci ac Decani titulo fuerit præfectus. Lovanium accitus an. clō. lō. xcviii. post annos aliquot Philosophicæ Professioni in Castrensi Gymnasio impensos, an. clō. lōc. vii. Regiis auspiciis Decreta prælegere cœpit, Doctorque J. U. Canonum Professor Ordinarius an. clō. lōc. xxi. ab urbeo Magistratu nominatus fuit. In docendo assiduus erat, in consulendo ac judicando sincerus, verusque ac severus, ubi id leges dictitabant, juris exactor. Nihil gratiæ, nihil favori concedebat: hoc uno se professus veræ, & non simulatæ Philosophiæ, id est Justitiæ, Sacerdotem: totus alioqui candidus, bonus ac modestus. Edidit insigne & utile opus, Scholæ ac Foro accommodatum,

Paratitla, five Summariam & methodicam Explicationem Decretalium D. Gregorii Papæ IX. Lovanii 1630. 1632. & 1640. typis Coënestenii.

Moritur anno clō. lōc. xxxvi. Kal. Ianuarii, in D. Petri, ad aram Virgini Deiparæ sacram depositus.

C E N S U R A.

Paratitla hæc Cl. D. ANDRÆ VALLENSIS, quæ Decretalium potiora paucis constringunt, Catholicæ fidei conformia sunt. Actum Lovanii 14. Octobr. 1630.
MART. LUNÆCENIUS S. Theol. Lic. & Profess. Ordinarius Apostolicus, ac Regius Librorum Censor.

ANDREAE



ANDREÆ del VAULX J. U. D.

& SS. CANONUM Professoris Ordinarii,

PARATITLA,

SIVE

SUMMARIA ET METHODICA EXPLICATIO

DECRETALIU M

D. GREGORII PAPÆ IX.

PRO O E M I U M.

§. I.

Acceptiones Juris variæ, & origo illius.

- 1 *Jurisconsulti diligentissimi etymologiarum investigatores.*
- 2 *Juris acceptiones & derivationes variæ.*
- 3 *Jus à Justitia rectè dici, secundum Jurisconsultos, 4.*
- 5 *Satisfit Grammaticorum regula & objectioni.*

Uoniam, Ulpiano J. C. teste in l. 1. D. de Justitia & Jure, Juri operam daturum prius nosse oportet, unde Jucis nomen descendat. ¹ eaque ab antiquo eum Philosophorum tum Jurisconsultorum consuetudo semper fuit, ut diligentissime inquirent etymologiam nominum, & eut unaquæque res hoc illud nomen sortita esset, eod quod nomenclatura Vallensis Paratitla Jur. Can.

mina, si rectè imposita snt, ex eodem naturæ fonte, quo ipsarum rerum definitiones, hauriantur, sintque rerum ipsarum cognoscendarum instrumenta: non abs re me facturum putavi, si acturus de Jure Canonico, aliud exordiar: & priusquam ad Titulos librorum Decretalium veniam, nonnulla de Juris derivatione, ejusque divisionibus, subdivisionibus, membrorumque singulorum natura, proprietate, conditionibus atque inter se tum comparationibus tum distinctionibus, præmisero. Eoque magis, quod secundum Cicer. lib. 1. Off. omnis, quæ à ratione suscipitur de re aliqua institutio, debeat à definitione proficisci, ut intelligatur, de quo disceptatur.

Iddèque, ut inde exordium capiam, sciendum, quod, prout juris sunt variæ acceptiones, de quibus Paulus J. C. in l. penult. D. de Just. & Jure, & Joan. Andreas in Novella. Non est novum de reg. juris: ita & secundum eas va-

R E G U L Æ
JURIS CANONICI

PER VARIAS QUÆSTIONES,
& casus, ex ipsis Regularum Visceribus
resolutos explicatæ,

A B

Admodum Reverendo & Eximio Domino

D. ANNONE

SCHNORREMBERG,

CANDIDI ORDINIS PRÆMONSTRATENSIS,

Ecclesiæ Steinfeldensis Canonico, in Alma Uni-
versitate Coloniensi SS. Theologiæ Doctore, Pro-
fessore Ordinario & Publico, Examinatore Synodali,
& Collegii S. Norberti intrà Coloniam Præsede.

OPUS JURIS UTRIVSQUE CANDIDATIS
perquàm utile